

quod fedus et pacem, quam se mentitur nobiscum jnisse, nondum optinuerit, quippe qui episcopali anathemate condemnatus, ab omni ecclesia est aborrendus et prorsus abiciendus, et qui ei communicauerit cibum, potumque prebuerit, proprie sustinebit substancie dispendium. Valete.

72.

1168 — 1177, d. 19 Jan.

Anagni.

Påfv. ALEXANDER III:s Bref till Nunnorna i Gudhem med stadfästelse på hvad detta kloster af Konung KNUT, dess Broder eller företrädare erhållit.

A. 1. a. 2.

ALEXANDER episcopus seruus seruorum dei. Dilectis in christo filiabus Monialibus in Gudhem salutem & apostolicam benedictionem. Justis petencium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum. & uota que a rationis trame non discordant. effectu hinc prosequente complenda. Eapropter dilekte in christo filie uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu. Quicquid ex dono Regis Canuti uel fratris eius seu aliorum predecessorum suorum jn prescripta villa rationabiliter possidetis. uobis & eidem Monasterio uestro auctoritate apostolica confirmamus. & presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes ut nullj omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere. uel ej aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit. indignacionem omnipotentis dej & beatorum Petrj & Paulj apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum. Anagnie. XIIIII. kal. februarii.

Blybullan, hängande i gula tvinnade silkestrådar. Se Tab. 4. n:o 1.

Originalets skrift synes till någon del vara med mörkare bläck förnyad.

73.

1166 d. 6 Jul.

Sklandetorp.

Konung WALDEMAR I:s gäfvo- och skötes-bref på en jordlägenhet i Halland till Esroms kloster, med rättighet att, i likhet med andra åboar, hugga skog.

K. e. 1: 40.

WALDEMARIUS Dei gratia Rex Danorum, tam posteris qvam præsentibus salutem & pacem in perpetuum. Ad nostri nominis pertinet dignitatem, veri Dei cultoribus veris, & præcipue nobis regiminis ratione commissis paternam impendere providentiam; & de indulta nobis desuper gratuita beneficii portione, qvo dignum est devotionis intuitu eorum indigentiae subvenire. Hanc enim humanitatis gratiam priorum temporum duces adepti fuisse leguntur, qvi post brevem regni temporalis amministrationem, patriæ fe-

Sv. Dipl.

13